



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Speculum Approbandorum Bipartitum**

**Unczovsky, Marianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1693**

Quæstio XL. In qua de Secunda Censura quæ est Suspendio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37308**

s poꝝo excedebant in æstimandis injurijs  
quan- proprijs, ideò Pœnæ taxatio relicta  
essan- arbitrio Judicis, qui propterea ap-  
tur. ellabatur Reparator; est ergo pœna  
io ju- elligenda secundùm rectum Judicis  
tubi- arbitrium, & si absolutio tribuatur oc-  
ur hu- mltè, injungat Confessarius pro Pœ-  
c ab- tit: illud, quod judicabit saluti animæ  
alet, penitentis expedire.

## QUÆSTIO XL.

In qua de secunda Censura quæ est  
Suspensio.

uar. **D**efinias suspensionem pro-  
priè & strictè sumptam.

S. Est Censura Ecclesiastica, quâ Clerico  
ob suam culpam prohibetur exercitium  
Ordinis, vel Jurisdictionis, vel usus Benefi-  
cij in totum vel in partem, ad tempus, vel  
perpetuum sive quâ privatur usu Offi-  
cij vel Beneficij, vel usu utriusq̃.

Q. Cur interponis ly Clerico?

S. Ad denotandum quòd solus Cleri-  
cus id est primâ tonsurâ ad minimum

H b            ini-



initiatum sit subjectum capax hujus Censuræ, ob suam culpam, & quidem mortalem, si loquamur de Suspensione lata à jure.

*V. Cur adjecisti ly prohibetur exercitium Ordinis &c.?*

*S.* Ideò, quia suspensus ab Ordine actum Ordinis exercere nequit, nec suspensus à Jurisdictione ea quæ jurisdictionis sunt, neq; suspensus à Beneficio fructus Beneficij accipere potest.

*V. Quare addidisti ly quoad totum vel partem?*

*S.* Ideò, quia aliquando contingit suspendi ab omnibus istis simul, videlicet Ordine, Jurisdictione, & usu Beneficij, aliquando non nisi ab uno ex præfatis, aliquando etiam ab uno tantum certo Ordine, vel ab uno certo Beneficio aut Officio, aliquando deniq; ab una parte Beneficij; unde tantam vim habet Suspendio, quantam verba exprimunt; si proinde sit simpliciter lata sine ulla restrictione, suspendit



ab omni Officio & Beneficio, nisi  
 antecedentibus vel consequentibus  
 raris, vel ex mente Judicis colliga-  
 aliqua restrictio, ut observat *Filliuc.*

Cur apposuisti *ly ad tempus* vel *in*  
*perpetuum*?

Idcirco, quia Suspendio aliquando  
 fit ad tempus determinatum, ali-  
 quando simpliciter absq; ulla tempo-  
 ris determinatione, & aliquando eti-  
 am in perpetuum, sine spe dispensati-  
 onis, in quo licet aliquo modo cum de-  
 positione & degradatione conveniat,  
 alijs tamen multum differt.

In quibus?

Tum in hoc quod sit Censura non  
 sit depositio, tum in eo quod vi sua sit  
 revocabilis, quod jure ordinario non  
 verificatur de depositione.

Quanam est *Causa efficiens* hujus  
 Censuræ?

Omnis ille, qui excommunicare po-  
 test, & ordinaria quidem potestas est  
 in Episcopis & alijs Prælati, delegata



verò in illis, quibus id committitur ab Ordinarijs.

*U.* Quæ est *Causa subjectiva*?

*S.* Omnis & solus Clericus præter Papam, aut ex Privilegio Papæ exemptum à jurisdictione Ordinarior:

*U.* Quæ *Causa* propter quam incurritur hæc *Censura*?

*S.* *Culpa* mortalis; *causa* deniq; aufereus, est idem qui illam ferre potest juxtà illud: *res per quas causas nascitur per easdem diffolvitur.*

*U.* Quâ *forma* absolvendi?

*S.* Ordinariâ, videlicet: *Te absolvo à vinculo suspensionis quam incurristi ob talem N. Causam, & restituo Te executioni Tui Ordinis, Officij in nomine Patris &c.*

*U.* Legistinè *Suspensiones in Jure* latas?

*S.* Legi varias, alias contra Clericos, alias contra Episcopos, alias contra Capitula, alias contra Religiosos.

*V.* Desidero ut referas *Suspensiones contra Clericos.*

S.Su.



Suspenduntur ab usu Ordinum susceptorum Clerici ordinati scienter ab Episcopo Hæretico, Schismatico, excommunicato, suspenso, interdicto, deposito, Simoniaco vel Pseudo-Episcopo Hæretico, hoc est non canonice electo.

Sit casus quòd sint ordinati ab eo qui renunciavit Episcopatu, vel ab Episcopo sine licentia proprij, vel à prophanis in aliena Diœcesi, sine licentia Episcopali.

Etiã hi suspenduntur ab usu Ordinum sic susceptorum.

Progrede ultra in hac materia.

Suspenduntur item ab Ordinis exercitio, suscipientes Ordines ante legitimum aetatem, vel extrã temporalem Dispensatione, vel non servatis interstitijs vel cum falso titulo, vel per saltum &c. *item* recipientes plures Ordines Sacros eodem die naturali, quã suspensio est reservata Papæ. *Item* recipientes Ordinem etiam minorem sine



testimonio proprii Ordinarij de sua  
probitate, quæ suspen: reservatur pro  
prio Ordinario.

U. Nonnè suspenduntur etiam reci-  
pientes Ordines post Matrimonium  
ratum?

S. Hi quoq; sicut & illi qui in Excom-  
municatione scienter suscipiunt al-  
quem Ordinem, *item* manet ab Ordini-  
bus suspensus, qui cum litteris de-  
missorijs Capituli Sede vacante intra  
annum suscipit ordines Sacros, nisi al-  
liquin ratione Beneficij recepti vel  
recipiendi sit coarctatus. *Item* suspen-  
duntur tradentes sepultura Ecclesiasti-  
cæ publicos Usurarios, vel ab eis acci-  
pientes oblationem sive in Missa sive  
extrà Missam, *item* præstantes jura-  
mentum de tenendo Schismatæ sunt  
ab Ordinibus & dignitatibus suspensi,  
quæ suspensio est reservata Episcopo.

U. Etiamnè suspēduntur Parochi tam  
sæculares quàm Regulares, qui alteri-  
us Parochiæ sponfos sinè illorum Pa-  
rochi licet  
at?  
Etiam il  
ce ab Or  
debat t  
rochi q  
Matrimo  
licentes  
es vestim  
, & div  
que susp  
uctuun  
Benefici  
re, & e  
& litter  
tes, qu  
sunt ab  
& temp  
suspens  
U. Qui  
s. Susp  
coni &  
(juxt  
exerc  
10.



de sua  
 ur pro  
 n reci  
 onium  
 xcom  
 nt ali  
 Ordj  
 ris de  
 intra  
 nifi a  
 ti vel  
 spen  
 fiali  
 acci  
 a sive  
 jura  
 lunt  
 ensi,  
 po.  
 ram  
 terti  
 h Pa  
 ro.

chi licentia Matrimonio conjua-  
 ant?  
 Etiam illi, quæ suspensio manet, do-  
 ab Ordinario illius, qui interesse  
 debet tollatur; suspenduntur quoq;  
 rochi qui contempserint prohibere  
 Matrimonia clandestina, *item* Bene-  
 ficientes secundas nuptias; *item* uten-  
 tes vestimentis in forma inconvenien-  
 & diversa ab ea quæ jure statuta est,  
 quæ suspensio impedit perceptionem  
 fructuum per annum. *Item* habentes  
 Beneficium vel curam alicujus Eccle-  
 siæ, & eam alienis debitis gravantes,  
 & litteras sive sigilla alicui conceden-  
 tes, quibus possit Ecclesia obligari,  
 sunt ab administratione spiritualium  
 & temporalium rerum suspensi, estq;  
 suspensio Episcopo reservata.  
 V. Qui tandem?  
 S. Suspenduntur *item* Presbyteri Dia-  
 conij &c. Concupinarij notorij, *item*  
 (juxtà nonnullos) Clerici Sodomiam  
 exercentes &c.

Hh 4

QUÆ-